

JOANNIS DEVOTI,

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

EPISCOPI ANANIENSIS,

INSTITUTIONUM

CANONICARUM.

LIBRI IV.

TOMUS PRIMUS.

EDITIO NOVA, ETIAM IPSIS ROMANIS EDITIONIBUS
REVERA CORRECTIOR, ATQUE EMENDATIOR.

MATRITI: MDCCCL.

EXCUDERAT RAYMUNDUS RUIZ,

Superiorum Facultate.

PIO SEXTO,

P. O. M.

JOANNES EPISCOPUS ANANIENSIS,

FELICITATEM.

Cum *Canonicas Institutiones, quas tribus ab hinc annis in amplissimo tuo nomine evulgavi, PIE PONTIFEX OPTIME MAXIME, multi non tantum ex nostris, sed etiam ex exteris regionibus studiose conquirerent, & nulla prorsus earum essent exemplaria, quæ ab ipsis comparari possent, eas iterum typis edere cons-*

PROLEGOMENA

CAPUT I.

DE ECCLESIA, EJUSQUE NATURA, ET CHARACTERIBUS.

I. Juris definitio.

II. Divisio.

III. Ecclesie institutio.

IV. Definitio, & natura.

V. Imperium, & administratio.

VI. Ea Respublica est à civili distincta.

VII. Distinctio ecclesiasticæ, & civilis potestatis.

VIII. IX. X. Vis, & ratio potestatis ecclesiasticæ.

XI. Ecclesie signa. Ea una est.

XII. Sancta, Catholica, Apostolica.

XIII. & XIV. Ecclesia Romana.

XV. Pseudo-Ecclesie hæreticorum.

§. I.

Juris nomen sive à *justitia* factum est (1), sive à *jubendo*, quoniam Majores nostri jura dicebant *jura*, aut *jussa* (2), quod ea continerent, quæ jussisset Populus. Ejus autem non una est significatio. Nam et quod æquum, bonumque est, ac rationi consentaneum (3), et artem ipsam æqui atque boni (4), et legitimam quid habendi, ac retinendi potestatem (5) jus appellamus. Nobis hoc loco jus est collectio legum, ac regularum, quibus utitur humanum genus, ut justa, et injusta distinguat. Nam ad justitiam recte gerendam leges pertinent, et omnes in commune bonum sunt.

(1) Isidorus Hispalens. *etymol. lib. 5. cap. 3. pag. 57. edit. Paris. 1601. Leg. 1. ff. de just. et jur.*

(2) Festus *de verb. signif. lib. 10. verb. jussa pag. 200. ed. Paris 1681.*

(3) Terentius *Heautontim. act. 4. scen 1. vers. 29. p. 380. edit. Lugd. Batav. an. 1657. Quid cum illis agas, qui neque*

